

pulturis, & alijs quibuscunq; in contrarium  
 facientibus, & cum decreto irritante, quod  
 ponitur infine Bullæ. Quod Priuilegium  
 Alexander. 6. confirmauit, & alij Pontifices  
 de nouo aliquibus Ordinibus concessere.  
 Deinde in Conc. Trid. Sess. 25. c. 13. alterata  
 fuerunt hæc priuilegia, vt ibi videbis. Et  
 Pius. 5. anno Domini millesimo quingen-  
 tesimo sexagesimo octauo, prout refert Gu-  
 tierrez, de Iuramento, confirma. 2. p. c. 4. nu.  
 3. motu proprio declarauit Concilium loqui  
 tantum de Monasterijs ante annos quadra-  
 ginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere  
 consueuerunt. Et sic licet fundata fuissent  
 Monasteria ab annis quadraginta, si non sol-  
 uebant quartam, modo non tenentur soluere.  
 Et etiam concedit, q̄ Monasteria, quæ fue-  
 runt à quadraginta annis citra fundata, non  
 soluant dictam quartam; cuiusmodi fere  
 sunt omnia Monasteria huius Noui Orbis,  
 vt dicunt Pater Noreña, & Pater Magister  
 à Veracrucce, quos sequitur Pater Emanuel  
 vbi supra. Et tandem ad omnem tollendam  
 ambiguitatem refert Pater Emanuel decla-  
 rationẽ Illustrissimorum Cardinalium affir-  
 mantem Concilium Trid. non reuocare de